

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

rosolimorum affectat. **S**i secus rebus suis consulant ad unum omnes inter-  
rituros affirmat. **P**utavit vir nephari? populū insidū inuenire et qui  
metu terreretur vel numeribus afficeretur. s̄ reperit orthodoxe fidei ple-  
bem deuotā ac ordini iherosolimorum fidā cōsilioq; et armis mutua equi-  
tum et latinorum nostrorum cōuersatione expertā. **E**a igitur inuaniunt ten-  
tante alio videtur cōmento. **M**ittit ad ecclesiā beate marie virginis he-  
leomenitre greculum qui dudū ad thurcos defecerat qui vigilēs allo-  
quens ait bassam oratorem ad principē nostrū velle destinare dūmodo  
tutus aditus pateat. **R**espondetur vt illic ad ripam fosse nūcium mit-  
tat. aderitq; in boleardo qui nomine magistri respondet. **A**ffuit postri-  
die basse orator qui nostris prius salutatis ait. **P**refectū classis se non  
parū ymmo vebementer admirari q; tam potenti principi resistere au-  
deamus. qui duo imperia tot regna tot vrbes tot prouincias totq; po-  
tentatus subiugauit. **Q**uare suadet vt nostre vrbi et agris indoleamus  
nec patiamur tam crudele facin? perpetrare nec urbem diripi et ad iugur-  
lationē viros et mulieres ad raptū et ignominia dūci. bellum an pax  
prestitur dicamus. **P**osticetur quippe breui forma et cōpendio pacem  
si libuerit se prestiturū. et nos possessores vrbis et agrorum pmanuros.  
**A**lter minas addens promittit prope diem. ciuitatem in suā potestate  
transitura. direptioniq; prebitura. et omne genus crudelitatis executu-  
rum. **Q**ui principis nostri vice aderat edoctus respondet. **N**on possu-  
mus satis admirari. vos qui cum classe et impetuosis machinis castro-  
rumq; copia. urbem nostrā circūdati. nos ad pacem hortari. cum id a  
militantiū officio alienū videatur. **V**erū. figmento agere videmini. vt  
animos tentetis. **S**ciatis nec sollicitationes nec munera vestra nos  
mouere. aut ad aliquid indecens conficiendū afficere. **N**ec profecto mi-  
ne vestre nos terrent. **S**umus enim vnanimēs. nec discrimen est inter  
grecū et latinū. **C**ristū enim colimus vna fide et firma mente. pro quo  
pugnare parati sumus. et mortem potius oppetere q; machometo con-  
iungi sicut facebant promissa et mine. quibus nos mouere conamini.  
**C**ū vestra classis domesticos lares reuiserit. si oratores de pace tracta-  
tuos mitteretis de re cōsultabimus. **C**um armati et exercitu pcincti estis  
officiū bellantiū pficite. et vobis deo propicio cōstanti animo respon-  
debimus. **C**ognoscetis quoq; non cū asiaticis et effeminatis viris con-  
tendere. sed cum catholicis fortissimis manū cōserere. **Q**uo dicto thurci  
vultu demisso ex templo discedunt. **D**um thurcis maiori conatu. inge-  
nio. arteq; resistitur ipsoꝝ insana incenditur. **V**idet quippe eos tantū  
exercitū non pualere. et sui tyranni formidolosam potentia a rodīs cō-  
temni. **F**uribundi itaq; machinis. mortarijs sagittis. cathapultis. dies